

2116
1731 23
296

DISPVATI^O JVRIDICA
DE
**VSVRIS PER MODVM
INTERESSE VLTRA AL-
TERVM TANTVM
NON EXIGENDIS**

Bon denen Zinsen!
Daß solche, wenn sie auch gleich als ein Interesse gefordert werden, die Summa des Capitals nicht übersteigen dürfzen.

QVAM
PRAE^SIDE
DN. JO. BALTHAS. WERNHERO, D.
PANDECT. PROF. PVBL. COLLEGIORVMQUE JVRIDICORVM
QVAE VITEMBERGAE SVNT, ASSESSORE
IPSI CALENDIS JVN. MDCCXL.
IN AVDITORIO JVRIDICO
PVBLICE VENTILANDAM
PROPONET
GODOFREDVS ERNESTVS FREYBERG
STOLP. MISN.

VITEMBERGAE, RECUSA MDCCXLVIII. 4

PRATATIO JURIDIC

DE

ACUAS PER MODUM
INTERPRAETATIONE
MUTANTUR
NON EXIGENDIS

NON PROFERRE SILENTIA
SILENTIA NON PROFERRE
SILENTIA NON PROFERRE
SILENTIA NON PROFERRE

ALIO

ALIAS

DICO PRATICO MIRANDO

PROTOLÆV COORDINAM ET TUDICAM

GRADU ALITERARIO ELEM VERSOR

GRADU ALITERARIO ELEM VERSOR


GRADU ALITERARIO ELEM VERSOR

GRADU ALITERARIO ELEM VERSOR

GEODELLAS ERNSTUS LEBERIG

ESTER

ALTEMBERGAE MAGDEBVRGIA



§. I.



ritum illud Pragmaticorum Principium est, *Usurus ultra alerum tantum deberi, si per modum interesse petantur.* Quod cum suspectum nobis, imo falsum plane videatur, & vero huic materiae non exiguam caliginem dissensiones Doctorum induxisse, palam sit operam dabimus, ut nostram hac in re sententiam, quanta fieri potest, perspicuitate ac brevitate proponamus, eandemque auctoritate legum firmiter communiamus.

§. II.

Et initio quidem largimur notissimum inter usuras & interesse discrimen, quod nempe *Usura* sit velut merces, quam debitor creditori pro usu pecuniae creditae præstat, vid. *Huber.* ad π. l. 22. T. 1. §. 2. Interesse vero omne lucrum

cessans & damnum ex eo, quod factum non est,
quod fieri debuit, emergens complectatur. *L.*
13. ff. rat. rem haber. l. 13. ff. de eo, quod cert. loc.
Quod quidem non ex privata singulorum affecti-
one, sed valore communi aestimandum venit,
l. 63. ff. ad L. Falcid. l. 33. ff. ad L. Aquil.

§. III.

Vfurias ultra alterum tantum non currere,
in confessio est. vid. *l. 27. §. 1. C. d. usur.* Et quam-
vis olim id secus esset, illo casu, quo parti-
culariter singulis annis solverentur, per *l. 10.*
C. d. usur. Ea tamen exceptio rursus sublata est
per *N. 121. c. 1. 2. Nov. 138.*

§. IV.

Igitur regula, cuius veritatem omnes lar-
giuntur, hæc est: *Vsuræ ultra alterum tantum*
peti nequeunt. Circa quam hæc veluti cautela
commendari solet, ut usuræ per modum ejus,
quod interest, petantur. Sic enim earum ra-
tionem ultra alterum tantum habendam esse
volunt. Quod quem falsum sit, & dispositioni
juris contrarium, nunc evidentius demon-
strabo.

§. V.

Nempe ita sentio: Nunquam de usuris
quaestione occurtere posse, nisi de sorte, quæ

in certa quantitate consistat, agatur; quod, puto, nemo negabit. Atqui Leges manifeste vetant, in casibus, ubi de certa quantitate vel specie agitur, ejus, quod interest, rationem ultra alterum tantum haberi. Ut hinc inter usuras & interesse nulla hoc in passu differentia intercedat.

s. VI.

Nihil adeo restat, quam ut id, quod postremo loco asservui, ostendam. Jus vero Novissimum, quo hac de re cautum est, habetur in l. ult. C. d. sent. qua pro eo, quod inter. Cuius sensus evidentissimus est, quod nempe in casibus certis, seu ubi certa quantitas aut species in obligatione est, interesse alterum tantum excedere haud dabeat, in casibus incertis vero, utputa, si factum aut simile quid in obligatione sit, verum interesse, quantumcunque sit, adjudicetur. Vbi facile patet, ne his quidem in casibus citra absurditatem dici posse, quod interesse duplum superet, cum propter incertitudinem objecti, quod vertitur in obligatione, nullum plane simplum intelligi possit, nec adsit principale quiddam, quod definitam ac determinatam naturam habeat, ita ut praeter illud etiam interesse petatur; sed tota

petitio pro objecto solum id, quod interest, habet; cum in casibus certis primo id, quod principaliter debetur, vel ejus aestimationem, ac insuper singula interesse, ita tamen, ut hoc ultra illius quantitatem non assurgat, praestari oporteat.

§. VII.

Ac ne quid dubii circa hanc Imperatoris mentem supersit, sequemur Eum *κατὰ πόδα*, ac simul Legis, quatenus huc spectat, verba expendemus. Ita vero Ille **SANCIMVS ITAQVE**, Ratio Sanctionis in ipsa lege est verb. *Cum sciamus*, ne videlicet immodica sit aestimatio ejus, quod interest; esset autem immodica, si plus damni extrinsecus accederet, propter rem debitam, quam quanti ipsares est. *Perez. ad C. b. n. 2. IN OMNIBVS*, sine exceptione, ne per novas limitationes novis difficultibus ansa præbeatur, **CASIBVS**, seu quæstionibus, & litibus in judicium deductis, **QVI CERTAM** seu definitam, ob cuius præstationem omissam vel dilatam lis principaliter mota sit, **HABENT QVANTITATEM i. c. summam pecuniæ obligatione contentam**, aliam rem fungibilem, seu numero, pondere, & mensura constantem, *l. 6 ff. d. reb. cred. l.*

74.

74. d. V. O. L. 2. qui satisd. cog. VEL NATV-
RAM qualem habent corpora & species seu in-
dividua, ut equus, dumus; Non enim per na-
turam hic intelligitur certa definitio ac substan-
tia, ut vox hæc accipitur in §. 3. I. d. locat. L. I.C.
d. jur. Emphyt. cum alias omnes casus futuri es-
sent certi, sed casus certam naturam habere
censemur, quando res certæ naturæ adeoque
æstimabilis obligatione comprehendit. VE-
LVTI IN VENDITIONIBVS; ubi ex parte
venditoris est res vendita, ex parte emtoris
pretium certum ac definitum, ET LOCATIO-
NIBVS, quæ & ipsæ regulariter certam æstima-
tionem habent; quæ respectu locatoris est usus
rei, intuitu conductoris merces. Ita vero Em-
tio & locatio casus certi sunt, si ad certam rem
præstandam agatur. Sed præter rem traden-
dam alia quoque interdum est obligatio vendi-
toris, v. gr. quod nihil dolose agere velit, l. 6.
§. pen. Et ult. d. act. emt. Cujus obligationis ob-
jectum nullam certam quantitatem aut natu-
ram habet. Quanti enim id si, plane intertum,
neque huic rei ab inito pretium statutum, nec
statui potuit, ut puta si quis sciens rem alienam
aut vitiosam vendiderit, qui est casus l. 13. ff. d.
act. emt. ET OMNIBVS CONTRACTIBVS,

8A2

quan-

quando nempe certa quantitas aut species in eo s.
deducta est, l. 9 ff. d. reb. cred. l. 74. ff. d. V. O.
non si incertum quid, utputa factum, promis-
sum sit, hoc, QVOD INTEREST, DVPLI, h.e.
alterus tanti, cuius simplus est ipsa quanti-
tas vel species debita, per Nov. 121. Zanger.
d. Except. P. 3. c. 25. 33. QVANTITATEM MI-
NIME EXCEDERE, sed ad summa JUDICE AD-
JUDICARI DEBERE duplum pretii, sive conven-
ti, sive communis, si de illo haud conve-
nerit, IN ALIIS AVTEM CASIBVS, QVI
INCERTI ESSE VEDENTVR, h.e. in omni-
bus reliquis casibus, ubi interesse non pro-
pterea, quod quantitas aut species debita præ-
stata haud est, petitur; sic enim simplus incer-
tum est, ut neque ex conventione, neque com-
muni hominum usu & aestimatione certitudo
ab initio adsit. Vnde liquet illos casus omnes
& solos esse incertos, in quibus non nisi ejus,
quod interest, præstatio petitione continetur;
Quo referuntur obligationes facti, Interdicta
omnia, causæ possessionis, l. 1. §. 1. d. acquis. pos-
sess. Imo & delicta, ex quibus in id, quod inter-
est, actio dirigitur; ac denique actiones
omnes, quibus principaliter indemnitatem ab
adversario petimus. JUDICES, QVI CAV-
SAS

SAS DIRIMENDAS SVSCIPIVNT, PER SV-
AM SVBTLITATEM REQVIRERE, h.e. pru-
denti arbitrio, expensis probe circumstantiis,
operam dare debent, VT HOC, QVOD RE-
VERA INDVCITVR DAMNVVM, seu id, quod
revera interest, nulla dupli ratione habita,
quippe cuius nec ulla ratio hic haberi potest;
cum nullum in illis casibus simplum concipi
queat. Hoc REDDATVR; quantumcunque
fuerit, totum præstetur;

§. VIII.

Circa quam Constitutionem illud observa-
re licet, dupli taxationem, quam illa definit,
non omnino novam, sed jam Veteribus cogni-
tam fuisse. Sic venditor evictionis periculum
ex stipulatione ultra duplum subire non tene-
batur, l. 44. ff. d. act. emt. Sic pena, quæ pro
eo, quod interest, vel quæ pro usuris promittitur,
duplum non excedebat. l. 13. §. 2. 6. ff. d. Act.
Empt. l. 9. l. 44. ff. d. Vsur. l. 4. ff. d. Naut. fæn. l. 15.
d. Vsur. Sic etiam stipulatio Præatoria in rebus
pretiosis ultra duplum non erat. l. 6. 37. ff. d. E-
vict. Illud tamen novi per suam Constitutio-
nem Imp. Justinianus introduxit, quod taxatio-
nem istam, moderationemque in omnibus aliis
casibus observari velit. Perez, ad Cod. b. n. 4.

B

§. IX.

§. IX.

Illud etiam notandum est, quod, quamvis tum in primis casus certos discernere liceat, si quantitas aut species debeatur, aliquando tamen etiam factum ex una parte promissum ad casus certos referentum sit; si nempe quantitas vel res ex una parte debita eidem ex altera parte intervenienti certam aestimationem dederit. Sic. si v. gr. ædes conductero viginti florenis annuis, locator tenetur ad factum, ut nempe permittat, me illas inhabitare; quod factum per se incertum, ex mercede adjecta, certam determinationem accipit.

§. X.

Cæterum cum diximus, quantitatem vel speciem debitam constituere simplum, quod deinceps duplicari oporteat; observandum, aestimandam esse illam speciem non juxta presentem ejus valorem, sed quanti in contractu aestimata est; sic ergo, si in emtione venditione ob rem non traditam ad interesse experatur emtor, simpli loco est pretium in contractu definitum. Parem in modum respectu conductoris simplum constituit merces; qua usus rei aestimatus est; licet forte pluris vel minoris fuerit. Magis enim spectandum, quid convenerit, quam

quam quid in re sit, arg. l. 53. pr. d. Evict. Add.
l. 43. in fin. j. l. seq. d. Act. Emt. Hillig. ad Do-
nell. l. 26. c. 20.

§. XI.

Ex dictis consequitur, debitorem, sive ex mu-
tu, sive ex testamento, aut alia quacunque cau-
sa, ad certam pecuniæ summam solvendam obli-
gatum, post viginti annos, quibus usuræ quin-
cunces sortem æquant, ultra duplum haud te-
neri, si vel maxime creditor usuras subsequen-
tium annorum per modum interesse petat, ac
probare velit, sibi aliunde sub foenore pecuni-
am mutuo accipiendam fuisse, atque adeo
damnum exinde liquido sensisse. Cum mo-
dum petitioni lex statuerit, quem egredi Judex
haudquam potest.

§. XII.

Nemo tamen propterea existimaverit,
nullum sic inter usuras, & id, quod interest, dif-
ferentiam superesse. Sane enim intra vicenni-
um, ubi quincunces usuræ nondum adæquant
sortem, alterum tantum per modum ejus, quod
interest, si hoc probetur, peti potest. Et in
casibus incertis interesse, quantumcunqae sit,
adiudicari, superius monitum. Quo utroque

B 2

ca-

casu sat luculentum est inter usuras & interesse
discrimen.

§. XIII.

Qua hypothesi præstructa, facile mihi de-
inceps erit, aliorum errores hic commissos ad-
vertere, & evolvere caliginem, qua rem sat
manifestam multi obscurarunt.

§. XIV.

Ubi primo illi merito notandi sunt, qui *l.un*
C. in eum sensum accipiunt, quasi Imperator lo-
quatur de interesse unius anni, quod duplum
excedere nequeat a quo ad interesse longioris
temporis, pluriumve annorum colligi haud-
quaquam possit. In qua opinione præter alias
est *Philippi ad Dec. El. noviss. 39. O. 3. n. 8.* ubi &
Surd. Consil. 102. n. 9. seq. Vol. 3. nec non *Berlich.*
P. 2. Concl. 38. num. fin. citat.

§. XV.

At enimvero ubi hujusmodi computi ad u-
num annum restringendi ullum vestigium in ju-
re occurrit? Et quidni interesse biennii, aut, si
malis, semestris aut menstrui spatii computetur?
Nam id certe eadem facilitate, eodemve jure ac
fundamento fieri potest. Cum sine Lege loqui
sem-

semper erubescendum sit, Nov. 18. tum id vel
maxime fieri oportet, quum generalis dispositio
Legum intra certos terminos ac fines, certum-
que temporis spatium coaretatur.

§. XVI.

Dubitari posset, unde tam inanis, nullo-
que fundamento nixa restrictio dupli, ejus,
quod interest, ad unum annum, orta, quisve
auctor ejus fuerit? Ubi vel obiter rem perqui-
renti facile observare licuit, non esse primum
illam a Dd. inventam ad taxationem ejus, quod
interest, ultra alterum tantum sustinendam, sed
in ipsa usurarum materia adhibitam fuisse. Sic
enim jam olim *Castrensis* Constitutionem
Imp. Antonini in l. 10. C. d. usur. accipiendam
esse sensuit; cum hanc ejus summam ex *Gl. & Bartol.* constituit: *Quod dicitur, usuras non ex-
cedere debere duplum, id de usura unius anni
intelligendum, non plurimum.* Quod Odofre-
dus sequenti casu illustrat. *Ponamus*, inquit,
*quod ego matuavi tibi 110. & stipulatus sum 20.
de quolibet anno, in sex annis illa centum faci-
unt alia centum; & 20. Nur quid potes dicere,
quod excedit duplum sortis, non excedit usuras,
habito respectu ad unum annum.* Eandem opi-
nio-

nionem tenet Bart. in *L. usur. C. d. usur.* aliqui Veturum plures Recoxit eandem *Sur-*
dus 3. Consil. 302. n. 9. ubi haec habet: *Quam-*
vis sape in jure legatur, usuras non posse du-
plum excedere, tamen illud verum est & proce-
dit in usuris unius anni; illae enim duplum ex-
cedere non possunt.

§. XVII.

Sed cum alii contra manifestam adeo Legum dispositionem non assere auderent, usuras sortem excedere posse; & eo in casu exceptionem constituerent, si per modum interesse peterentur, nec tamen, quid ad *L. un. C.* responderent, ipsis suppeteret, eandem a veteribus circa usuras adhibitam restrictionem hoc applicare conati sunt. Cui commento forte color aliquis allini posset, si Romani soliti essent regulariter in singulos annos stipulari usuras; quod contra ab iis in singulas Calendas seu primum cujusque mensis diem, factum, indeque centesimas usuras originem traxisse, notum est. Add. *Cujac. ad Rubr. C. d. usur.* Add. l. 135. pr. d. V. O. Quocirca incongruum, fangi ab Odo-
fredu 20. Usurarum nomine; cum legitimæ usu-
ræ fingendæ sint, nec respectus solum ad unum

an-

annum, sed ad plures haberi debeat; propterea quod totidem anni computari debeant, quod ad dupli quantitatem requiruntur.

§. XVIII.

Alii rursus aliud præsidium opinionis snae de Vsuris ultra alterum tantum exigendis in eo collocarunt, quod Vsuræ diversis vicibus soluta in duplum imputari haud debeant; sed illæ tantum, quæ simul in præsenti solvuntur, *Alciat. Parerg. 33. Pac. Analys. Cod. t. d. usur. vers. 3.* Sed & illius explicationis nullum probabile fundamentum ostendi potest.

§. XIX.

Sed es aliud præsidium, cui *Philippi. c. l.* innitur; quod nempe ad textum *l. un.* hodie nequaquam respiciendum sit; cum Imperatores hodierni liquidationem ejus, quod interest, libero creditoris arbitrio permittant, ut appareat ex *Rec. Imp. d. an. 1530. & Reform. Polit. de An. 1548.* Unde in eventum Legem illam Justinianeam tempore subsequenti iterum abrogatam asserit. Atqui in memoratis Imperii Legibus nihil, quo dispositioni juris Civilis derogatum videri queat, deprehendas; nec præsumen-

menda Juris communis ac recepti abrogatio,
sed de illa aperte constrare debet.

§. XX.

Carpzovius & ipse L. IV. Resp. R. 50. n. 8.
id, quod interest, ultra alterum tantum currere,
contendit, idque putat luculenter a *Scævola*
innui in l. 2. §. 8. ff. d. eo, quod cert. loc. Sed præ-
terquam, quod illa Lex de pecunia trajectitia
vi præc. vers. intelligi, & explicari commode
possit, *Brunnem. ad c. l. nu. n. 12* eam ad rem non
facere in aprico est, quod l. nu. ceu posterior
eidem deroget, præsertim cum ipse Imperator
ibi expresse moneat, quod veterum dubitatio-
nes, de ejus, quod interest, quantitate per
sententiam adjudicanda, tollere, certumque
modum Judicii arbitrio statuere voluerit.

§. XXI.

Idem *Carpzovius Asyl. Debit. Cap. I. §. 24.*
n. 276. seqq. cum prolixe afferuisset, usuras ul-
tra alterum tantum haud currere, limitationem
subjicit quoad petitionem ejus, quod interest;
pro qua probanda cum allegaslet l. 2. §. 8. ff. d.
eo, quod cert. loc. ad quam respondimus, deinceps
ad l. un. C. d. sentent. qua pro eo, quod in-
ter,

ter. convertitur; per quam jus prius correctum,
haudquam expeditum, nec verba Imp. tam
clara esse putat, ut pedem in iis figere liceat.
Sed cum *Tabor.* *Diss. d. Alter. Tant. P. 3. art. 13.*
n. 5. seqq. dubiis, quæ deinceps proponit, jam
prolixo satisfecerit, actum non agemus, sed
nervum responsionis brevissime complectemur.
Primo *Carpzovius*: *Quid si dixerimus*, ait, *loqui*
Imperatorem de Interesse unius anni, *quod du-*
plum excedere nequeat; *ex quo ad interesse tem-*
poris longioris plurimumque annorum nil proba-
biliter inferendum; *quo de intellectu non ha-*
sat at post Surdum Berlich. P. 2. Concl. 38. n. ult.
Atqui hujus restrictionis æque in eo, quod
interest, ac in usuris, ne minimum quidem ve-
stigium ostendi potest, & merum est Veterum
quorundam Interpretum commentum, quo fal-
læ hypothesi de usuris ultra alterum tantum
exigendis subvenire conati sunt.

§. XXII.

Pergit *Carpzovius*: *Quid si dupli quantita-*
tem de duplo ipsius interesse acciperemus, *sorte*
exclusa? Ambigua omnino sunt verba Impera-
toris, in quibus certa statio nobis non est; nec
italia, ut inde *correctio juris prioris* in *d. 1. 2. §. 8.*

C

ff. d.

ff. d. eo; quod cerb. loc. præsumtive colligenda.
Sed non est, cur quisquam hic sibi aliquam
ambiguitam circa vocabulum *dupli* fingat;
Semper enim in Jure sub duplo simplum con-
tinetur, nisi lege aliud expressum sit; v. gr. in
actione furti; Quod in Præsenti casu eo magis
dubio vacat, quo certius est, jam olim
Jure Digestorum in quibusdam casibus alterum
tantum peti non potuisse. Neque vero ambi-
guis verbis Imperator usus est; cui Veterum
dissensiones tollere constitutum fuerat.

§. XXIII.

Insequitur porro: *Quid etiam, si sanctio*
Justinianea restringeretur ad interesse ultra
duplum quidem assertum, sed non probatum?
Nequaquam tum videbitur comprehensus, qui
probationem in se suscepere, & ultra duplum in-
teresse demonstraverit. Atqui in omni adjudica-
tione facienda, ferendaque sententia, non
ejus, quod allegatum, sed quod probatum est,
ratio habenda venit. Ut hinc, deficiente pro-
batione, ejus, quod interest, nomine, nihil
omnino a judice sit decernendum.

§. XXIV.

Nec vero Carpzovii sententiam vel alle-
ga-

gatus ab ipso *Recessus vel P. 2. Conf. 30.* quic-
quam juvant; nihil aliud enim dictæ Leges in-
culcant, quam quod Interesse probari, & præ-
via moderatione adjudicari debeat. Quod
ipsum juxta normam & mensuram *l. un.* intel-
ligendum est. Denique nec illud ad rem fa-
cit, quod nulla foenoris suspicio cadere possit
in creditorem, qui, cum absque usurarum sti-
pulatione pecunia sua juverit debitorem, nec
tamen termino præfinito eam recipere potue-
rit una cum sorte, interesse seu restitutionem
damni vel emergentis, vel lucri cestantis exi-
git. Talis enim creditor eo facilius honesto
lucro acquiescere peterit, si in effectu tantum-
dem, quantum alius foenerator, consequatur.

§. XXV.

Nec vero meliora sunt argumenta, qui-
bus hunc unius anni computum, & Facultatem
usuras per modum interest ultra alterum tan-
tum petendi, firmare nititur *Berlich. P. 2. Concl.*
38. in fin. Primo provocat ad *l. 3. §. nunc. de of-*
ficio. Judicis 8. vers. Et quidem ultra legitimum
modum usurarum ff. d. eo, quod cert. loc. Atqui
textus ille incongrue hic allegatur. Loquitur
enim de usuris pecuniæ trajectitiæ; ubi duplum.

C 2

ex-

excedit potest*s*, secus in eo, quod intere^st; ut
recte ibi *l*ii*.* p. *Godofredus* notat.

§. XXVI.

Deinde prae*s*idium sententiae suae querit in
Rec. Imp. de An. 1600. in fin. & *Rescript. Tort*
gav. d. An. 1583. tit. von Wucher, ubi indefi-
nite, & indeterminate statuitur, quod credito-
ri a debitore quincunces usuras loco interesse
exigere, vel si quincuncibus usuris nolit esse
contentus, contra debitorem suum interesse
quantumcunque deducere & probare liceat. *In*-
definita autem, ait, & indeterminata dispositio
etiam indefinite & indeterminate absque ulla
temporis circumscriptione debet intelligi. Quasi
vero rectae interpretationis regulae non id jube-
rent, ut indefinita locutio ex Jure Civili restrin-
gi debeat; quando eidem expresse derogatum
haud est. *Conf. §. 13.*

§. XXVII.

Vtterius ad confirmandam opinionem suam
hac ratione utitur *Berlichius*, quod intere-
sse alterius interesse petere liceat, unde colli-
git, idem ultra tantum peti posse. Enimvero
nullam omnino vim huic argumento inesse fa-
cile

cite perspicet, qui observat, interesse alterius
interesse revera ab hoc non esse distinctum, sed
sub generali petitione ejus, quod interest, conti-
neri. Igitur ab uno ad alterum haud recte arguas.
Quod vero in igitur esse dicitur, creditorem
pecunia sua carere, & debitorem ex illa fructus
percipere; Talis ratio in usuris, perinde ac in eo,
quod interest, valet, quas tamen ultra alterum
tantum non currere, ipse fatetur. Quid autem
verbis sequentibus, quod nempe ex post facto
iniquum & injustum videri non debeat id, quod
semel justum judicatum fuit, sibi velit *Ber-*
lichius, non assequor; nam nec interesse al-
terius interesse duplum, ut dixi, in casibus cer-
tis unquam excedere debet.

§. XXVIII.

Pergit *Berlichius*: Nihil movent rationes
in contrarium adductæ, quia prima loquitur de
interesse unius anni, quod scil. illud duplum
excedere non debet, ut manifeste constat. Nos
vero loquimur de interesse non unius tantum
anni, sed plurimorum, quin imo ex his patet,
quod interesse mulorum annorum bene alie-
rum tantum superare possit, quoniam unius tan-
tum anni interesse ad duplum & alterum tan-

tum ascendere potest, alias enim, si contrarium diceremus, sequeretur, quod primi tantum anni interesse deberetur, non etiam subsequentium, quod esset non solum iniquum, sed etiam absurdum & contra d. l. un. C. d. sent. qua pro eo, quod cert. loc. At enimvero quid de computo unius anni, ceu mero Doctorum figmento statuendum sit, supra ostendi, nec video absurditatem, si debitor ultra duplum non condemnetur, quamvis forte unius anni interesse duplum supereret. Habet enim, quod sibi imputet creditor, qui non citius interpellando & urgendo debitorem majus damnum evitare studuit. Falsum denique & illud, quod ab usuris ad id, quod interest, argumentari haud licet. Sicuti enim hoc largimur, ubi aliqua diversitatis ratio ostendi potest, ita quoad presentem de altero tanto materiam interesse usuris equiparatum esse, demonstravimus.

§. XXIX.

Consentit quoad Regulam nobiscum *Hüber. Pral. ad n. l. 22. t. 1. n. 31. seqq.* Sed subicit in casibus certis notabilem, quam dicit, limitationem: Si quis ob *dolum* in id, quanti interest, condemnatus sit, tunc enim eum in omne,

omne, quod vere interfuerit, etsi ultra du-
plum, teneri. Pro qua opinio sua excitat,
l. 13. pr. dact emt. Atqui non putem, ex illa
l. 13. adeu notabilem limitationem excuspi pos-
se. Agitur sibi de venditione pecoris morbosí
seu rei vitiosæ, per quam damnum emtori da-
tum, ac distinguitur, an venditor sciverit vi-
tium, an ignoraverit. Priori casu non tantum
actione quanti minoris, sed ad dotum inter-
esse, damnumque præstandum teneri dicitur.
Vnde liquet, non agi hic de casu certo; veluti
signum, ejusve æstimatio primario in obligatio-
ne esset, sed totam actionem id quod interest,
seu restitutionem damni complecti; cum casus
certus, ut supra dictum, non nisi ille sit, ubi
certa quantitas aut species, quæ debebatur,
præstata haud est, indeque damnum quis sensit,
cujus restitutionem deinde præter debitum
principale petit. Verum in casu *l. 13.* tignum,
quod debebatur, præstitum est, sed vitiosum;
indeque actio tantum ad interesse competit.

§. xxx.

Ex eadem hypothesi nostra facile desumi
potest decisio quæ stionis: An in emtione ven-
ditione pretii usuræ ultra alterum tantum re-
bils
&c

Et petantur? Quod multi affirmant, hoc argumento adducti, quod usuræ pretii non tam usuræ sint, quam fructus aliquis seu interesse. Atqui hoc casu, cum certa quantitas, videlicet definitum premium in obligatione sit, ratio ne alterius tanti, nihil id, quod interest, ab usuris differt. Quo facit l. 27. C. d. usur. in cuius fine expresse cautum; quod dispositio illa de usuris ad alterum tantum restringendis, etiam in b. f. judiciis servari debeat. Add. Roderic. 3. d. Ann. Redit. q. 4. n. 33.

§. XXXI.

Neque alia circa hoc Juris argumentum Philosophia est Per. Illustris Lib. Bar. a Lyncer in Dissert. de eo, quod interest Sect. III. ubi casus certos, incertosque eodem, quo felicimus, modo definit, ac speciatim Cap. V. §. 3. Legis nostræ fundamentum ex æquitate naturali derivat; quod nempe poenam culpæ respondere oporteat. Nec est, quod quis adversus hanc æquitatem urgeat, Juri Naturali & rectæ rationi consentaneum esse, ut, quod Creditori factò alterius abest, id omne ab hoc illi præstetur. Nam sicuti hoc locum sibi meitorum indicat, quando quis suum repetit; ita alia

alia omnino ratio lucri adventitii est. l. 41.
§. 1. d. R. J.

§. XXXII.

Illud etiam patet ; esse memoratam^{l. un.} numero 50. Decisionum ; Nam & initio dubitationes dissensionesque Veterum circa quantitatem ejus, quod interest, definientiam recensentur, & deinceps decisio pro diversitate casuum certorum & incertorum sudjicitur, in quo in primis notam & characterem Decisionis constituendum esse putamus. vid. §. ult. l. d. Liberitn. Pr. l. d. Nupt. Ac fuisse hanc de eo, quod interest, quæstionem apud Veteres controversam, liquido constat ex l. 2. §. 8. ff. de eo, quod cert. loc. ubi Julian. Labeonis sententiam secutus fuisse dicitur ; quamvis alias ut plurimum a partibus Saqinianorum staret. Cujac. ad l. 2. pro derelict. Et l. 59. d. R. V. Unde consequitur, si quod forte dubium circa hanc materiam in Jure Digestorum occurrat, illud ex hac Novissima Constitutione diluendum esse ; quippe quæ ad perimendum jus vetus, tollendaque diffidia promulgata est.

D

§. XXXIII.

Circa Emtionem venditionem, an ad causas certos referri debeat, aliqui dubium movent, quod vendor ad rem tradendam, eoque ad faciendum obligatus sit; talis vero obligatio non certum, sed incertum quid involvat, §. ult. i. d. V. O. l. ult. d. Prator. stipul. Atenimvero respondemus, primo non omnem faciendi obligationem incertum continere; puta si factum certo pretio, vel mercede ab altera parte praestanda aestimatum sit; deinde magis est, ut obligationem vendoris ad dandi, quam faciendi, obligationes referamus; cum factum, quod in re tradenda intervenit, haudquaquam nudum, sed prægnans & qualificatum sit, quod pro objecto rem in alterum transferendam habet. Vnde nec Venditorem præstatione ejus, quod interest, liberari constat; qua tamen defungi licet iis, qui merum & nundum factum in se receperunt. l. 13. §. 1. ff. d. re jud. Exemplum hoc esto: Vendidit mihi quis centum aureis Stichum servum, tanquam statu librum; quo in libertatem fideicommissio relictam se afferente, ex perior contra venditorem ad id, quod inter-
est.

est; quantumcunque vero hoc probare possim,
non plus, quam duplum pretii, h. e. ducen-
tos aureos consequor. *l. 43. §. ult. d. A. E. V.*
Tabor. d. Alter. Tant. P. III. §. 10.

§. XXXIV.

Equidem nonnulli Doctorum; inter eos-
que signatim *Tabor d. l. n. 13.* Legem hanc ad
casum, quo culpa levis admisita est, restrin-
gunt; ad dolum vero, cui lata culpa annume-
ratur, haudquaquam pertinere contendunt.
Rationis, quibus nituntur, sequentes sunt: I.
quod distinctio hæc liquidum fundamentum
habeat in *l. 5. §. 3. d. in lit. jur. l. 4. §. ult. eod.*
II. quod expedit, dolum, præsertim in b. f.
judiciis, accuratius vindicari, *l. 1. §. 1. d. con-
trag. emt. III.* quod omnibus conventionibus
tacita hæc conditio: *Præterquam si dolo tuo
decepimus fraudatusve, fuero, tacite insit. l. 119.*
d. V. Q. IV. quod dolus in qualibet dispositio-
ne exceptus & exclusus censeatur. V. pro-
pter *l. 121. d. Verb. Oblig.* ubi hæc clausula, dol-
um malum abesse, incerti actionem parere
dicitur. VI. quod Imperator nominatim de
Contractibus in hac *l. un.* loquatur; adeoque
de dolo haudquaquam sensisse videatur. VII.

D 2 quod

quod alias non graviori poena coercentur dolus, quam culpa.

§. XXXV.

Atenim vere non putarim, hæc tanti esse, ut a sententia superius proposita redamus. Cum utique generalis sit *nostra Legis* dispositio, quæ omnibus non necessariis litibus ac dubitationibus de eo, quod interest, viam præcidere debuit. Cum ergo inter dolum & culpam haud distinguat, nec a nobis temere hujusmodi distinctio admittenda fuerit.

§. XXXVI.

Nec vero quicquam movent, quæ pro contraria opinione adducta sunt. Resp. enim ad I. Inter dolum & culpam toties distingendum, quoties dispositio Legis, ejusdemque ratio id vult, ac patitur; sicuti in *cit. LL.* quoad juramentum in litem manifestum est; sed in præsenti argumento Lex non distinguit. Ad II. Dolum accuratius, quam culpam, censicari haud debere, nisi lex id expresse velit. Ad III. & IV. In Conventionibus quidem id verum esse, quod semper dolus intel-

telligatur exceptus; adeo; ut ne quidem patrum de dolo futuro haud præstanto veleat,
l. 23 ff. d. R. I. sed leges de damno resarciendo
caventes regulariter, & nisi aliud expressum, haudquaquam durius cum dolosis, quam
culposis, debitoribus egisse præsumi. Ad. V.
Dolum malum referri quandoque ad casum
incertum, quandoque certum; pro diversitate
objectionis in obligationem deducti. Sic v. gr.
Si venditor dolo fecerit, quo minus rem ven-
ditam tradere possit, non tenetur ultra du-
plum pretii, pro ea soluti; quamvis intere-
sse longe alterum tantum excedat; sin autem
in negotiorum gestione, mandato, similive
negotio dolus admislus sit, ad casus incertos,
ubi omne Interesse præstantum venit, per-
nебит. Denique ad VI. Quod, cum Lex ven-
ditionis, locationis aliorumve contractuum
mentionem injicit, id non restrictive,
sed per modum exempli accidiendum sit; præ-
fertim cum etiam in Contractibus dolus inter-
venire possit.

§. XXXVII.

Cum Hotomanno facile transegerit Imper-
D 3 ra-

rator, qui *Cap. 4. Disp. de eo, quod interest,*
insultat & indignatur Tribanianus, quasi per
illam inter certos, incertosque casus distin-
ctionem Veterum JCTorum acumen confu-
derit, eoque suam temeritatem & stultitiam
posterioris prodiderit. Putat enim *Hotomannus*,
inane esse illud omnique fundamento desti-
tutum discrimen; propterea quod ius suum
cuique tribuat; ac in casibus certis, & incer-
tis par & æqualis æquitas subsit. Enimvero
nihil causæ *Hotomanno* fuit, cur tantopere
stomacharetur. Propositum enim Imperatori
fuit, certam mensuram ponere, juxta quam
id, quod interest, metiendum forte; ne illius
æstimatio immodica foret. Atqui talem mor-
dum in casibus incertis definire haud poterat;
Cum utique incertæ & infinitæ rei nullus ter-
minus dari, neque simplum inveniri queat,
quod duplicandum veniat. Quocirca ex ipsa
natura ac indole casuum certorum ac incerto-
rum tale discrimen fuit.

Aenaria bovina


§. XXXVIII.

Nempe cum in illis casibus, ubi nulla
res principalis, eoque nullum simplum est,
cir-

D 3

circumstantiae facti circa lucrum cessans ac
damnum emergens mirum in modum varia-
re possint; fieri non potest, ut certa aliqua
regula constituantur, quæ determinationem
eius, quod interest, absolvat, sed Judici in
quovis casu, quid damni revera illatum sit,
inquirendum venit, cui simul ex mente Imperatoris
cavendum, ne admittat machina-
tiones, quibus damni æstimatio immodicis
perversionibus in Circuitus intricalibus redi-
gatur, sed verum interesse a falso & lon-
gius petito, quod vulgo Dd. interesse sin-
gularis affectionis appellant, separat,
ac probe distinguat.





Wittenberg, Diss., 1711 H-2
X 228 3123

ULB Halle
005 309 336

3







B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres



49 2116
3 23
1991 29
296

VITEMBERGAE, RECUSA MDCCXLVIII.

DISPUTATIO JVRIDICA
DE
**VSVRIS PER MODVM
INTERESSE VLTRA AL-
TERVM TANTVM
NON EXIGENDIS**

**Von denen Zinsen!
Dass solche, wenn sie auch gleich als ein Interesse gefordert werden, die Summa des Capitals nicht übersteigen dürfen.**

QVAM
PRAESENTE
DN. JO. BALTHAS. WERNHERO, D.
PANDECT. PROF. PVBL. COLLEGIORVMQUE JVRIDICORVM
QVAE VITEMBERGAE SVNT, ASSESSORE
IPSI CALENDIS JVN. MDCCXL.
IN AVDITORIO JVRIDICO
PVBLICE VENTILANDAM
PROPONET
GODOFREDVS ERNESTVS FREYBERG
STOLP. MISN.